

pro earum aliis quinque leprosis, ac in eorumdem mulierum Hospitali parvo reliqua quinque cubilia pro reliquis earum quinque puriginosis pestilentibus, pro tempore, ad Hospitali per Nos, ut praefertur, erectum, & quoad mulieres febricitantes Lancisianas praefatas, prout infra, respective, admittendis, & in eo curandis, perpetuo erigi & instrui fecimus, prout jam in utraque classe & utroque Hospitali parvo hujusmodi, jam erecta & instructa reperiuntur, ac in eorumdem respective cubilium singuli viri, & singulae mulieres morbis praefatis, respective, affecti, & affecta incumbentes debita experiantur in suos respective morbos curam.

Hereditas Lancisiana, pro Hospitali femininarum construendo, hujus novo Hospitali ad noscitur.

§.7. Cumque non ita pridem eidem Hospitali per Nos, ut praefertur, erecto, tunc erigendo, hereditatem cum omnibus suis juri-bus, bonis, ac fructibus a quondam Joanne Maria Lancisio dum viveret, pia memoriae Clementis PP. XI. praedecessoris pariter Nostri, Cubiculario intimo, ac Medico Secreto dicto Archihospitali Sancti Spiritus in Saxia, haeredi per eum ex asse instituto relictam, ad hoc ut juxta idem Archihospitali aliud Hospitali pro Mulieribus, morbo acuto laborantibus, & in proximis, Transiberim utriusque Burgi, & Pontis Regionibus, ac viis, Longara, & Julia, respective, nuncupatis, commorantibus, quae morbo acuto hujusmodi adeo debilitate forent, ut ad Hospitali Mulierum apud Sanctum Joannem in Laterano de eadem Urbe positum non sine earum vite discrimine ex itinere sibi imminente, transportari nequirent, per Chirographum die vi. Octobris Anno MDCCXXIV Manu Nostra signatum sub certis modo, & forma, ac conditionibus, & oneribus, tunc expressis auctoritate praefata perpetuo applicaverimus, & approbaverimus, ipsiusque Joannis Mariae voluntati ad praemissorum effectum oportune derogaverimus, illamque quatenus opus esset commutaverimus, ejusdem Chirographi dispositioni inharentes, volumus, ut in praedicto novo Hospitali Sanctae Mariae, & Sancti Gallicani, a Nobis sicut praemittitur, erecto, praeter & ultra decem Lectos pro Mulieribus febricitantibus Lancisianis nuncupatis, ut praefertur, assignatos, supra dictos, inibi retineri debeant alii quinque Lecti pro Mulieribus in supra dictis Regionibus, & Viis per dictum Joannem Mariam designatis pro tempore habitantibus retineantur pro lepra, aut scabie in capite, non tamen Gallca, vel prurigine laborantibus, ac propter ejusmodi morbi gravitatem, atque pravitatem eo praesente, ut vite periculum adirent, si illas ad dictum Hospitali apud Sanctum Joannem in Laterano omnibus mulieribus aegrotis de Urbe praefata destinatum transferri contingeret, juxta ipsius Joannis Mariae dispositionem admittantur, & curentur, itaut in dictis decem nulla aliae Mulieres, quam in Regionibus, & Viis a praefato Joanne Maria praescriptis degentes; in aliis vero quinque Lectis ex his Mulieribus, Regiones, & Viis hujusmodi incolentibus, ille dumtaxat morbo acuto correpta, ac memorato vite periculo, si ad Hospitali apud Sanctum Joannem in Laterano adportarentur, expositae recipiantur; idque demum, si, & postquam ipsius novi Hospitalis per Nos erecti Priori pro tempore

existenti exhibitum fuerit testimonium medici, qui sit publicus, ac notus, & facultatem medendi in Urbe habeat, quique juratus testetur, quod infirma sine evidenti vite suae discrimine ad supra dictum Hospitali Sancti Joannis in Laterano traduci nequeat, vel si Prior praedictus infirmam in tali statu, ac imminente periculo versari re ipsa agnoverit, ut hoc pacto ejusdem Joannis Mariae voluntas ex parte saltem adimpleretur.

§.8. Ut autem Hospitali per Nos, ut praefertur, erectum, hujusmodi in pacis amenitate, & charitatis fecunditate feliciora in dies Deo favente, suscipiat incrementa, universis & singulis Commendatoribus, Commissariis, Gubernatoribus, Administratoribus, Deputatis, Oeconomis, aliisque Officialibus, & Ministris quocumque nomine nuncupatis, Hospitalium, & Locorum piorum dictae Urbis, in quibus personae miserabiles morbis praefatis, respective, affecta inibi curandis recipiuntur, & retinentur, vel recipi, & retineri consueverunt in virtute sanctae obedientiae, ac sub poenis Nostro, & Romani Pontificis pro tempore existentis arbitrio, in rebelles, & contraditores infligendis, districte praecipiendo mandamus, quatenus ipsi omnes, & singulas personas miserabiles praefatis morbis affectas, etiam febricitantes, eorum Hospitalia, & pia Loca hujusmodi pro tempore, ut praefertur, adentes juxta eorum, respective, consuetudinem, in Hospitalibus, & piis Locis praefatis omnino, ut prius recipiant, & retineant, nec sub Hospitalis per Nos, ut praefertur, erecti hujusmodi vel quopiam alio praetextu ab eis rejicere, neque ad Hospitali per Nos, ut praefertur, erectum hujusmodi, nisi requisito prius ad id, Hospitalis per Nos, ut praefertur, erecti hujusmodi Priore pro tempore existente praefato, ac de ejus consensu seu licentia, & quatenus locus, seu lectus vacuus sit in dicto Hospitali, & non alias transmittere ullatenus audeant, seu praesumant, sed eas in Hospitalibus, Locisque piis praefatis donec, & quousque locus praefatus eis aut earum alicui, ut praefertur, factus fuerit, ut prius retinere prosequantur, debeant, & teneantur, personaeque ipsas Urbem praefatam in Civium nauseam, & scandalum circumvagari nullo modo permittant.

Præscribitur, ne ulli infirmi in hoc novo Hospitali ex ceteris Urbis Hospitalibus adveheantur.

§.9. Ipsam autem Emiliam Lamium Presbyterum in praedicti novi Hospitalis a nobis erecti Priorem ad ejus vitam per praesentes constituimus, & deputamus, volentes, ut laudabilia instituta, per eum ante duos circiter annos in domum, quam de praesenti inhabitat, investa, nempe enarratis morbis affectas doctrinae Christianae rudimenta edocendi, & ad vigilandi, ut sanctissima Eucharistia, & Poenitentiae Sacramenta frequenter, ac devote suscipiant jugiter in novo Hospitali hujusmodi ferventur, & exacte custodiantur, utque in mansionibus, tum Viris, tum Mulieribus assignatis medicabulum, seu locus medendi destinetur, in quo curentur omnes pauperes utriusque sexus scabiosi, aut ulcuscula in cruribus, aut alia corporis parte ex ejusmodi morbis procedentia habentes, licet scabie in capite infecti non sint, qui deinceps ad dictum Hospitali ad suam curationem procurandam recurrant, tametsi in Hospitali, & lectis praefatis non decumbant,

Emilia Lamium Presbyter Prior hujus novi Hospitalis deputatur, & agenda illi injunguntur.

cumbant, nec aliud ab eodem Hospitali, quam unguenta, & medicamenta, quibus curentur, accipiant, & propriis domibus habitent.

Mendicantibus per Urbem hyemem tempore tedium atque ligna in loco novo Hospitali parantur.

§.10. Et quia dictis morbis laborantes brumali praesertim tempore ob leviores algores maxime periclitari solent, potissimum vero mendici, qui praerumnis, ac morborum hujusmodi pertinacia viribus exhausti, postquam tota die victum per Urbem mendicatum queritando defessi sunt subditi, ac gelido caelo miseris, dolentesque noctes ducere coguntur nos ad eos etiam, qui in dicto Hospitali recipi nequeunt, pietatis, ac liberalitatis nostrae dextera extendere, illisque aliqua ratione opitulari cupientes, amplum & quadraginta miserabilium personarum hujusmodi capacem prope Hospitali praedictum, cameram, seu habitationem, quo tot ex dictis personis, quae in dicto Hospitali ob praecipua ab aliis cubilia admitti non poterunt, sese recipere, ibique noxam transigere valeant, extruximus, & paravimus, ignemque ad eas calefaciendas, & refocillandas accendi, ac teneri mandamus, ita tamen, ut antequam cubitum eant, aliquis ad illas de divinis rebus & ad aeternam salutem spectantibus sermo habeatur, ac in aliquo pietatis opere, congruo temporis spatio exercentur.

Deo eidem novo Hospitali assignatur pro ejus sustentatione.

§.11. Ad haec cum eidem Hospitali sic erecto, pro ejus dote, ac subsistentia, aegrotumque, inibi pro tempore existentium, sex curandorum, necnon illius Prioris, Officialium, & Ministrorum ei interventium alimonia, & sustentatione, aliorumque onerum, & expensarum, ipsis incumbendum supportatione, praeter & ultra hereditatem supra dicti Joannis Mariae Lancisii ei, sicut praemittitur, a nobis applicatam, infra scripta alia, res, & bona itidem perpetuo assignaverimus, donaverimus, atque concesserimus; nimirum unum vacabile, Seneschallatus nuncupatum, seu custodiae Cancellariae Nostrae Apostolicae, quod dilectus filius nobilis juvenis Stephanus de Comitibus, terrae Guadagnoli Tiburtinae diocesis Dux, ex concessione ab ipso Innocentio Praedecessore sibi de eo ad sui vitam facta, obtinebat, ac etiam nunc obtinet, ex tunc postquam illud per cessum vel decessum, seu alias quomodolibet, ex persona ejusdem Stephani Ducis vacavisset, & alterum, officia custodiae Portae Ostiensis seu sancti Pauli nuncupatae, de Urbe praedicta per obitum quondam Juliani Capranice, ultimi, dum viveret, ipsius Portae custodiae, tum vacans, cum omnibus eorumdem officiorum proventibus, & emolumentis. Item duas aquae perennis uncias, ex aqua Paula etiam, nuncupatum de Urbe praefata, desu mendas, necnon occasione suppressionis Confraternitatis sub titulo Redemptoris in parochiali Ecclesia sanctae Mariae de Monticelsi dictae Urbis alias erectae, illiusque bonorum una cum ipsa Parochiali Ecclesia, dilectis filijs presbyteris secularibus Congregationis doctrinae Christianae applicationis, novissimae seotarum, vineam, quam de Gagliano vocant, in regione, ubi vulgariter dicitur Monte verde extra Portam sancti Pancratii sitam, de directo dominio dilectorum pariter filiorum Capituli & Canonicorum secularis, & insignis Collegiatae sanctae Mariae Transiberim de eadem Urbe,

sicuti etiam triginta loca montium Camerae Nostrae Apostolicae non vacabilium, diversarum erectionum cum sexaginta centesimis partibus alterius loci similis. Injuncto tamen onere celebrationis Missarum, ac demum alia triginta octo loca, ac quinque centesimas partes alterius loci paris montis non vacabilis restaurati, primae, secundae, & tertiae erectionis, quae ad Datariam Apostolicam spectabant, & alias, prout in diversis pariter Chirographis manu Nostra subscriptis cedula motus proprii sub plumbo, seu aliis literis & scripturis desuper confectis uberius continetur, nos praemissorum firmissimae validitati providere, majusque robur, & plenioris efficaciam eis adungere volentes, ac omnium & singulorum Chirographorum, cedulae motus proprii, literarum & scripturarum praefatarum tenores etiam veriores & datas, ac occasiones, & alia etiam specialia ac individua expressione digna, praesentibus pro plene & sufficienter expressis, specificatis, ac de verbo ad verbum inferitis habentes, hereditatis, officiorum, duarum unciarum aquae, vineae, & locorum montium hujusmodi applicationem, assignationem, concessione ac donationem, dicto Hospitali per Nos factas, ut praefertur, necnon Chirographa, cedulam motus proprii sub plumbo, seu alias literas ac scripturas quascumque desuper emanatas, cum omnibus & singulis in eis contentis, & expressis motu, scientia & potestatis plenitudine paribus, harum serie confirmamus & approbamus, ac quatenus opus sit, illa omnia & singula innovamus, ac exacte & inconculse servari praecipimus, eisque inviolabilis & perpetuae firmitatis robur adiungimus, necnon omnes & singulos juris & facti, ac solemnitate quatumcumque tam ex juris communis, & constitutionum Apostolicarum praescripto, quam alias quomodolibet in similibus etiam de necessitate observandarum, & alios quolibet defectus, si qui in praemissis quovis modo intervenierint, seu intervenisse dici, censei, intelligi, vel praetendi possent, amplissime, ac latissime supplemus & sanimus.

Annus proventus eidem Hospitali ad tempus tribuitur.

§.12. Quoniam vero idem Hospitali ex primo, dicto Seneschallatus officio, nullum capere poterit emolumentum, quamdiu praefatus Dux vixerit, illudque obtinuerit, ne interea necessariis redditibus careat, quadringenta scuta monetae ad rationem Juliorum decem pro quolibet scuto, ex elemosynis, quae ex componendis dispensationum matrimonialium proveniunt, ac in subventionem pauperum erogari consueverunt, eidem Hospitali per Datariam Apostolicam praedictam & earumdem componendarum officialem seu administratorem quotannis solvi praecipimus, donec tamen dictum officium ex persona ipsius Stephani Ducis, ut praefertur, vacaverit, adeo statim, secuta illius vacatione, Dataria praefata ab obligatione solvendi dicta quadringenta scuta immunis ac libera sit, & esse censetur, nec ulterius eam pecuniarum summa am ipsi Hospitali pendere teneatur.

§.13. Et ne pauperes mendici, qui in Hospitali praedicto ab ejusmodi morbis mundati, ac sanitati restituti, inde dimittentur, reamptis suis veteribus vestibus in praesentibus, depositisque morbos misere recidant, usque denuo

A morbo curatis & mundatis vestimenta alia assignantur.



Hospitalis infirmos curare viri Ecclesiastici sex numero, prae Priorem, vel huius plures, arbitrio Protectoris, qui bienniali Novitiam probentur, & Priori sub-

§.22. Illi vero, qui in dictum Hospitale ad medendum infirmis, eorumque necessitatibus interveniendum admittentur, sint pariter Presbyteri, vel saltem personae Ecclesiasticae, quae ad sacrum Presbyteratus ordinem promoveri possunt, sexque numero ultra praefatum Priorem, aut plures arbitrio ipsius Cardinalis Protectoris, iuxta indigentiam constituantur, qui in humilitate, ac charitatis spiritu, & aeterni tantum, nulliusque terreni praemii mercedem sperantes, & praeculis habentes, soloque victu, & vestitu, ac aliis necessariis impensis, sibi per Hospitale praefatum gratis subministrandis contenti, ac uni Deo placere desiderantes, omnem operam, & animum ponere, & intendere debeant, non modo ad curandum corporales Aegrotorum infirmitates huiusmodi, sed etiam ad eos, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent, in viam salutis dirigendum, vere & orthodoxae Fidei dogmata edocendum, atque caelesti Sacramentorum dape, & verbi Dei pabulo frequenter ascendendum, & nutriendum, quemadmodum eis a dicto Priore, cui, sicut mox dispositum fuit, subesse, ac obtemperare debeant, in iunctum fuerit. Presbyteri autem, seu personae Ecclesiasticae huiusmodi, qui in dictum Hospitale, ut supra admittentur, novitiam, seu probationem per biennium agere teneantur, quo tempore, durante mane, & vespere intersint, dum infirmi curantur, ac medicamenta conficiuntur, & applicantur, ut exinde tam unguenta, ac olea quae in praefatis morbis adhibentur, componendi, parandique, quam morbos ipsos curandi, & sanandi methodum, & artem addiscant, expletoque novitiam, seu probationis biennio praefato, qui Presbyterorum, personarumque Ecclesiasticarum praedictarum numero adscribi, & aggregari voluerit, se examini per praedictum Priorem, accessit, & adhibito secum, si ei liberit, Medico ordinario ipsius Hospitalis habendo, supponere debeat, sique minus idoneus inventus fuerit, senario, seu majori numero ejusmodi minime adscribatur: sin vero habilis, & aptus repertus sit, idem Prior testimonium super eius idoneitate perhibeat, ipsi Cardinali Protectori tradendum, ut illum recipi mandet.

Quid praedicti exacto Novitiam, agere debeant.

§.23. Et qui exacto novitiam praefato sic admitti fuerint, die illorum admissionem immediate sequenti, exercitiis spiritualibus in eodem Hospitale vacare, & postquam illa per octo dies peregerint, votum simplex perseverantiae in ipso Hospitale, ac infirmis, inibi pro tempore existentibus, deservendi, illosque curandi, & instruendi, donec vixerint, in manibus Prioris praedicti, praesentibus reliquis Presbyteris, seu Clericis ejusdem Hospitalis, in illius Ecclesia, seu alia Capella privata expressis emittere debeant, ac ejusmodi actus libro ad id destinando, & in Archivio dicti Hospitalis asservando, describantur, & registrentur, ne eorum memoria deperat: hocque perseverantiae votum dictus Amilius Prior in manibus memorati Cardinalis Protectoris absque alia solemnitate, ac obligatione exercitia spiritualia huiusmodi peragendi, sicuti etiam Presbyteri, qui in prima dicti Hospitalis aperiitione de numero senario praefato erunt, utpote in his rebus periti, & experti, nempe qui enarratos morbos in domo, per dictum Amiliam conducta diu curarunt, similiter emittere teneantur.

§.24. Porro Clericis, qui senario, seu majori numero huiusmodi adscripti fuerint, ac enarratum votum perseverantiae emisissent, ut ipsi ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus ordines ad titulum servitii ejusdem Hospitalis, & alimenterum eis a dicto Hospitale praebendorum, a supra dicto Urbis Vicario, seu ab eo deputando, servatis alias servandis, promoveri libere, & licite valeant, concedimus pariter, & indulgemus; ita tamen, ut si quem ex taliter promotis, sive ex gravibus causis, & a dicto Cardinali Protectore approbatis, a servitio ejusdem Hospitalis dimitti, aut a voto perseverantiae, per eum emisso, quomodolibet, absolvi quandoque evenerit, nisi ei de patrimonio, aut reddito Ecclesiastico ad congruam sui, iuxta taxam, quae in Urbe servatur, sustentationem, sufficienti aliunde provisum sit, ab executione sacrorum Ordinum per eum ad titulum servitii huiusmodi susceptorum suspensus remaneat.

Clerici Hospitalis ad Sacros Ordines ad titulum, ejus servitii per Urbis Vicarium promoveri possunt.

§.25. Et quoniam Hospitale Mulierum, scabie, lepra, & tinea, seu pruriginis in capite, laborantium, foeminas deservire decet, volumus, ut Prior praefatus de consensu ejusdem Cardinalis Protectoris septem, aut etiam plures arbitrio dicti Cardinalis Protectoris, si necessitas exegerit, ad id puellas honestas, ac probatae vitae deligat, quae biennium novitiam similiter peragere teneantur, ad hoc ut interim infirmas bene curare, eisque assistere discant. Puella vero praefata postquam servitii dicti Hospitalis laudabiliter in demandatis sibi, respective officii insteterint per octo annos continuos, seu etiam minoris temporis spatio, si eidem Cardinali Protectori, ita expedire visum fuerit, illaeque ceteroquin habiles, & idoneae dignoscantur, ad enarratum perseverantiae votum admittantur, illudque emittant eisdem modo, & forma, quos pro septem Presbyteris, ut supra praescriptum, atque cum eisdem conditionibus, & praecipue, ut infra terminum octo annorum praefatorum iustis de causis ab ipso Cardinali Protectore approbatis, ac etiam post emissum perseverantiae votum ob graves causas similiter approbatas, per dictum Cardinalem Protectorem, ab ipso Hospitale dimitti, & removeri valeant.

Puella curandis sex nris deputatae novitiam probantur.

§.26. Omnes autem puellae eidem Hospitale pro tempore deservientes, illius Priori praefato, tanquam suo Superiori pareant, & obediant, in iunctisque sibi ab ipso Priore muneribus sedulo fungantur. Aliquae nempe Pauperibus infirmis mederi, illas Catholicae Fidei rudimenta instruere, aliae eas in Christianae pietatis operibus exercere, & reliquae linearum vestium lixivii, culinae, & penarii curam gerere teneantur; ita ut unicuique officium diversum, ac distinctum, prout sibi a dicto Priore demandatum fuerit, designetur, ipsique Priori liceat officia huiusmodi etiam quolibet anno ad sui nutum, & pro suo arbitrio commutare.

Puella in Hospitale servientes Priori pareant, & illis numerata sedulo obeant.

§.27. Demum eisdem puellis onus incumbat nedum curandi mulieres, lepra, scabie, & tinea, seu pruriginis in capite laborantes, & in ipso Hospitale decumbentes sicuti superius dispositum fuit, verum etiam medendi aliis pauperibus Mulieribus, & Puellis huiusmodi morbis correptis, etiam extra Hospitale degentibus, ad illum pro habendis medicaminibus accedentibus, quibus unguenta pro scabie, aut ulcu-

Postquam etiam curare foeminas extra Hospitale.

Deputator primus Hospitalis Protor Petrus Marcellinus Cotradinus S. R. E. Card.

Clausula pecculios.

culis, plagis, tuberculis exinde vel a tinea ortis propellendis gratis subministrant, easque curant, & modum unguenta praefata adhibendi, eisque utendi amanter, ac patienter doceant, necnon etiam illis assistendi, & serviendi, quae ad morbos praefatos sanandum balneis, vaporario, seu hypocausto, ac corniculis, sanguisugis egere dignoscuntur; ita ut Mulieres his morbis infectae eandem plane operam, quam viris praebere decrevimus inde accipiant, ad Divini nominis Gloriam, ac Christianae charitatis exemplum.

§.28. Ceterum eidem Hospitale de valido, & idoneo Protectore providere cupientes, ac de memorati Petri Marcellini Cardinalis, & Prodatarii nostri pietate, integritate, & Religionis zelo plenam notitiam habentes, ac propterea, ex ejus protectione plurimum commodi, & ornamenti Hospitale praefato accessurum fore merito sperantes, motu, scientia, & potestate similibus ipsum Petrum Marcellinum Cardinalem, ac Prodatarium nostrum Hospitalis huiusmodi, illiusque honorum rerum, & jurium, quorumcumque apud Nos, & dictam Sedem, Protectorem, & Defensorem cum omnibus supra praedictis, aliisque facultatibus, honoribus, & oneribus solitis, & consuetis ad sui vitam tenore praesentium facimus, constituimus, & deputamus; mandantes propterea dilectis filiis Hospitalis praefati Priori, Presbyteris, Officialibus Ministris, ceterisque personis nunc, & pro tempore existentibus, aliisque ad quos spectat, & in futurum spectabit, ut eundem Petrum Marcellinum Cardinalem, ac Prodatarium nostrum in dicti Hospitalis Praefectorem, & Defensorem juxta tenorem praesentium, recipientes, ea qua decet reverentia prosequantur.

§.29. Decernentes pariter, easdem praesentes literas, & in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod in praemissis, seu eorum aliquo interese habentes, seu haberi quomodolibet praetendentes cujusvis status, gradus, ordinis, praeminentiae, vel dignitatis, seu alia specifica, & individua mentione, & expressione digni existant, eisdem praemissis non consenserint, nec ad ea vocati, seu auditi fuerint minusque causa, propter quas eadem praesentes emanaverint, adductae, verificatae, seu alias sufficienter, aut etiam nullatenus justificatae fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostrae, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, excogitato, & substantiali etiam, quod solemnitates, & alia quaevis, in praemissis servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut etiam ex quovis alio capite a jure, vel facto: aut statuto, seu consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimae, & totalis laesionis, aut quocumque alio colore etiam in corpore juris clauso, seu occasione, vel causa, etiam, quantumvis justa, rationabili, & privilegiata etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra huiusmodi, & aliis superioris expressis, seu relatis nihil ullibi appareret, seu aliter probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illa restitutionis in integrum, aperiitionis oris reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud

quodcumque juris, facti, gratiae, vel iustitiae remedium impetrari, seu quomodolibet concedi, aut impetrato, vel concessio quempiam, uti, seu se juvari in iudicio, vel extra posse, neque ipsas praesentes literas, & in eis contenta sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendere, sed semper ab illis excepta, perpetuoque valida, firma, & efficacia existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari.

Derogatoria amplissimae.

§.30. Sicque, & non aliter in praemissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuncios, aliosve quoslibet, quavis auctoritate, & potestate fungentes in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, definiendi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique iudicari, & definituri; debere irritum &c. decernimus, Non obstantibus praemissis, ac praefati Joannis Mariae ultima voluntate huiusmodi, necnon fel. rec. Symmachi, Callisti, Gregorii IX., & XIII. Joannis XXI. Clementis VII. Innocentii VI., & VII., Pauli II. III., & IV. Julii etiam III., Pii similiter IV., & V., ac Sixti pariter V., & aliorum Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrum, de Rebus Ecclesiae, & Camerae praefatae non alienandis, & male alienatis recuperandis, itidemque praefati Pii IV. de gratis quaecumque interese dictae Camerae concernentibus in eadem Camera intra certum inibi praescriptum tempus praesentandis, & registrandis, ita ut praesentes in ea praesentari, & registrari nullo unquam tempore, vel modo necesse sit, necnon de iure quaesito non tollendo, & de non concedendis gratis ad instar ac de exprimendo vero valore, aliisque nostris, & Cancellariae nostrae Apostolicae regulis, ac Apostolicis, & in Universilibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Urbis Camerae, Archihospitalis, & quorumcumque superius explicito nominatorum, & comprehensorum, quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, usibus, stilis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, etiam motu, & potestatis plenitudine paribus, etiam consistorialiter, ac etiam per modum statuti perpetui, ac initi, & stipulati contractus, & cum quibusvis etiam derogatoriis, vel derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & Decretis in genere, vel in specie, & ad quorumvis instantiam, vel alias quomodolibet in contrarium, eorumdem praemissorum concessis, ac etiam pluries approbatis, confirmatis, iteratis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio



iniciantur, statuimus, ut deinceps moder- nus, ac pro tempore existens victualium, com- meatuum pro classe Nostra Tritemium condu- ctor, seu provisor, quem Assensum earumdem Tritemium vulgo appellant, ipsi Hospitali, ejuſve Priori omnes & singulas vetustas vestes, seu lacernas ac spolia remigum ejuſdem classis singulis annis in Urbe praefata tradere & confi- gnare debeat, ut eis probe expurgatis, ablutis & reconcinnatis pauperes praedicti, cum e di- cto Hospitali dimittantur, indui & operiri va- leant; volentes insuper, ut in locationibus, seu appaltis, quae in posterum per Camera- Nostram Apostolicam ejuſmodi Assensitis fient, hoc onus eidem Assensitis expresse iungatur, & in instrumentis desuper consiciendis adji- ciat.

Novum hoc Hospitali a solvendis ve- stigialibus exi- mitur.

§.14. Ac insuper ulteriori ejuſdem Hospi- talis levamento intendentes, illud pro emptio- ne & introductione in Urbem ratae, seu quanti- tatis sexcentorum eadum vini, ac mille sal- marum carbonis dumtaxat quolibet anno, at- que aromatum, olei, lignorum, telarum, stragulorum & utensilium pro ipsius Hospitalis infirmorum, ac personatum, illi actu pro tempore inservientium usibus, a quibuscumque vestigialibus, gabellis, datus, dohanis, peda- gis & transitibus, aliisque oneribus ordinariis, & extraordinariis nunc, & pro tempore impo- sitis, itaut Hospitali praedictum nihil omnino horum, aut aliorum similium pro rebus supra- dictis subire teneatur, nec per Camera Apo- tolicae, aut alios Commissarios, seu vestigialium, aut datorum huiusmodi redemptores, condu- ctos, & exactores ad id valeat coarctari, eximimus, & Illeramus, mandantes quoque, ut Camera praefata eidem Hospitali eam salis quantitatem, qua illi opus fuerit, prout exter- ris Urbis Hospitalibus praestare consuevit, an- nuatim subministrare debeat.

Indulgentia in eodem Hos- pitali decum- bentibus, & Ministris con- ceduntur.

§.15. Ut autem Hospitali praefatum per Nos erectum, & temporalium rerum subsidiis ut praefertur, munitum, ac persone in eo de- gentes caelestibus quoque spiritualium gratia- rum & indolorum locupletentur thesauris, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, auctoritate confisi, omnibus & singulis utriusque sexus Christianidelibus in eodem Hospitali decumbenti- bus, illiusque officialibus & ministris inibi com- morantibus, qui in Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascen- sionis, Pentecostes, sanctissimae Trinitatis, & Corporis ejuſdem Domini nostri Jesu Christi, necnon Purificationis, Annunciationis, Assum- ptionis & Nativitatis beatae Mariae Virginis, ac Nativitatis sancti Iohannis Baptista, atque Apostolorum, Commemorationis omnium San- ctorum festivitatis, ac Dedicatione huius Ec- clesiae, vere poenitentes & confessi, ac sacra communionione refecti pro Christianorum Princi- pum concordia, haeresium, & schismatum extir- patione, ac sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pas ad Deum preces effuderint, plenariam, & que etiam animabus Purgatorii per modum suffragii applicari possit, necnon omnibus & singulis infirmis, ministris & officialibus praefatis, quos in Hospitali sic erecto, ac in cam- era, seu habitazione contigua, quam aedi- ficare intendimus, ab humanis decedere conti-

gerit, si vere poenitentes & confessi, ac sacra communionione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti Nomen Jesu ore, si potuerint, sin minus corde, devote invoca- verint, in eorum mortis articulo similiter plenariam omnium peccatorum suorum indul- gentiam & remissionem misericorditer in Do- mino concedimus. Eisdem vero Christianidelibus utriusque pariter sexus, qui infirmis in Hospi- tali virorum, seu mulierum respective degenti- bus, cum cibo reficiuntur, seu alias ministra- verint, vel deservierint, eosque praepcepta Dei, & quae ad salutem necessaria sunt, docuerint, aut quodcumque aliud pietatis, vel charitatis opus erga infimos praefatos exercuerint, atque Presbyteris, qui sacramentales eorum confes- siones exceperint, quotiescumque id egerint, ac in Ecclesia dicti Hospitalis aliquo temporis spatio oraverint, toties pro quolibet praefato- rum operum exercitio septem annos, & toti- dem quadragenas de iunctis eis, seu alias quo- modolibet debitis poenitentibus in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Praeterea, ut quando- cumque Sacerdos aliquis secularis, vel cuius- vis Ordinis, Congregationis, seu Instituti reg- ularis Missam defunctorum pro anima cuius- que Christianidelis, quae Deo in charitate con- iuncta ab hac luce migraverit, ad Altare majus Ecclesiae dicti Hospitalis celebrabit, anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragii indul- gentiam consequatur; ita ut ejuſdem Domini nostri Jesu Christi, ac beatissimae Virginis, Sancto- rumque omnium meritis sibi suffraganti- bus, a Purgatorii poenis liberetur, auctorita- te praefata concedimus itidem, & indulgemus, praesentibus perpetuis futuris temporibus vali- turis.

Morbis ejuſ- modi affecti a cibis veniit dispensantur, ut quae a qui- busvis Ecce- siasticis poenis abicelvi pos- sunt, eorum confessio- nis fa- cultas datur.

§.16. Praeterea pauperibus utriusque sexus huiusmodi praefatis mortis affectis, & in dicto Hospitali pro tempore degentibus, quorum infirmitas, vel in nium imbecillitas valetudo jeju- nium, seu carniurn, & lacticinorum absti- nentiam ferre non poterit, ut de utriusque medici consilio quibusvis quatragesimalibus, aut quatuor anni temporibus, & vigiliis, aliis- que diebus, in quibus jejunium ab Ecclesia in- dictum, aut carniurn, ovorum, lacticinorum usus de jure, vel consuetudine, seu alias pro- hibitus existit vel fuerit, carniurn, ovis, bu- tyro, lacticinis, & aliis cibis prohibitis huius- modi uti & vesci singulis quoque pro tempore existentibus, ejuſdem Hospitalis Priori praefato, ac infra dicendis presbyteris, ut quoscumque huiusmodi Hospitalis infirmos, ministros & servientes a quibusvis excommunicationis etiam majoris, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententis, censuris & poenis a ju- re, vel ab homine quavis occasione, vel cau- sa latis, quibus innodati fuerint, necnon qui- buscumque eorum peccatis, criminibus, ex- cessibus, ac delictis quantumcumque gravibus & enormibus, etiam talibus, de quibus dicta sedes merito consulenda foret, videlicet in ca- sibus, tam ordinariis locorum, quam etiam eidem Sedi reservatis, non tamen in iudicium deductis, neque contentis in literis die Coenae Domini legitis, semel in ingressu dicti Hos- pitalis, & iterum ab omnibus supra dictis, nullo prorsus excepto, in mortis articulo, confes- sione tamen eorum diligenter audita, in foro

tan-

tantum conscientiae absolvere, in iuncta inde eis pro modo culpa suo arbitrio poenitentia sa- lutari, quodque eidem infirmis, ministris, ac inservientibus omnia & singula Ecclesiae sacra- menta etiam viatici & extremae unctionis, ser- vatis tamen sacris ritibus, & caeremoniis a Ri- tuali Romano praescriptis administrare libere, licite & valide respective possint, facultatem itidem perpetuo tribuimus, & impartimur moderno, ac pro tempore existenti Parocho, seu Rectori parochialis Ecclesiae, intra cujus limites Hospitali praefatum consistit, districtius inhibentes, ne in eorumdem sacramentorum (excepto dumtaxat sacramento matrimonii quoad ministros, & alios inservientes, qui hac tantum ratione Parocho, seu parochia huiusmo- di subsint) in dicto Hospitali administratione se ingerere, aut defunctorum sepulturae, seu exequiis inibi faciendis interesse, ullumve pro funere, aut aliud quodlibet jus, vel emolumentum parochiale petere & praetende- re, ac desuper Hospitali, Priorem, ac Presbyteros praedictos, seu eorum aliquem molestare audeat, seu quovis modo praesu- mat.

Hospitali exi- mitur a juris- dictione spiri- tuali Vicarii Urbis, ejuſ- demque Vi- cesgerentis & Cardinali Pro- tectori pro- vis subicitur.

§.17. Ac proinde Hospitali praefatum, illiusque Priorem, Presbyteros, ministros, inservientes, ac in eo pro tempore degentes infirmos a quocumque dilecti filii nostri, & pro tempore existents Romani Pontificis in Urbe praefata, ejuſque districtu Vicarii in spiritualibus generalis, illiusque Vicegerentis jurisdictione, tum ordinaria, tum etiam delegata, Ordinarii locorum in vim decreto- rum sacri Concilii Tridentini, seu alias quo- modolibet attributa, prout etiam a paro- chia, seu parochiali Ecclesia praefata, dictique Rectoris, seu parochi cura, & subiectione to- taliter eximimus, illudque & illos omnimoda jurisdictione pro tempore existents ejuſdem S. R. E. Cardinalis dicti Hospitalis Protectoris, ut infra deputandi, pleno jure subijcimus, ac eorum animarum tum infirmorum, tum ejuſ- dem Hospitalis ministrorum & inservientium ejuſ Priori similiter pro tempore existenti com- mittimus & demandamus, eumque in ipsorum parochum, & animarum suarum Rectorem constitutum, itaut in Ecclesia Hospitalis praedicti sacramenta etiam tempore Paschatis reci- pere, sicque praepcepto Ecclesiae satisfacere, ac defunctorum corpora in coemeterio dicti Hos- pitalis absque ulla quarta funeralis, vel aliorum jurium parochialium praestatione, seu solutio- ne tumulari possint & debeant.

Decernunt, ut eidem Hos- pitali sit ha- res infirmo- rum, ab inte- fto, & sine legitimis ha- redibus decedentium.

§.18. Insuper ut omnibus & singulis infir- mis in eodem Hospitali ab intestato, & sine legi- timis haeredibus pro tempore decedentibus Hospitali praefatum loco, & vice Fisci dictae Camerae nostrae in eorum bonis succedere de- beat, utque ipsi infirmi, qui in dicto Hospitali decedent, testamentum condere, ac confessa- rius, qui postremam ejuſmodi infirmi sacra- mentalem confessionem exceperit, illud roga- re ac conscribere respective valeat, & scriptura desuper confecta, dumodo coram duobus testibus idoneis facta fuerit, plena fides adhi- beatur, illaque vim, ac robur legitimi, & cor- am publico tabellione, & ad formam a jurepra- scriptam conditi testamenti in iudicio, & extra illud obtineat, decernimus, atque concedimus.

§.19. Pro saluori autem ejuſdem Hospitalis regimine, progressu, atque incremento, sta- tuimus quoque, ut perpetuis futuris tempori- bus unus ex ipsis S. R. E. Cardinalibus dicti Hos- pitalis Protector ac Defensor a Romano Ponti- fice pro tempore existente eligatur, & ad sui vitam deputetur, qui non solum ordinariam, ac plenariam jurisdictionem, non tamen con- tentiosam, in Hospitali, illiusque Priorem, ministros ac servientes exerceat, verum pater- nae quoque charitatis viscera erga pauperes infir- mos gerat, & solerti studio curet, quatenus ejuſdem Hospitalis redditus fideliter administren- tur, statuta, & ordinationes pro felici, ac pro- spera illius directione condantur, conditaeque exacte observentur, pauperes infirmi, qua ma- jori fieri potest diligentia, charitate & mundi- tia curentur, & bene alantur, necnon exercitia spiritalia, ac alia pietatis opera suis tempori- bus fiant, ac demum omnibus tam ad rectam disciplinam, quam ad providam oeconomiam & administrationem ipsius Hospitalis, ejuſque bonorum & reddituum spectantibus, serio in- cambat & invigilet.

Ejuſque Pro- tector sit Car- dinalis a Pon- tifice cum ple- naria jurisdi- ctione depu- tandus.

§.20. Aditque perpetuo unus Prior dicti Hospitalis, qui eidem Cardinali Protectori subjaceat, ac ejus praepceptis & mandatis, vel- uti membrum capiti suo, debite pareat & obei- diat; ipsorum vero Hospitalis, Ecclesiae, eif- que annexorum, & ab eis dependentium, nec- non infirmorum, ministrorum, ac servientium superior existat, cumque supra dictum Ami- lium Presbyterum in primum Priorem dicti Hospitalis ad ejus vitam supra deputaverimus, volumus, cum nunquam ab ejuſmodi munere, etiam a praefato Cardinale Protectore, sed dum- taxat a Nobis, seu Romano Pontificibus suc- cessoribus nostris, idque eo dumtaxat casu, quo eumdem Amilium, ipsi Hospitali minime utilem ac proficuum fore revera compertum ha- beremus, amoveri posse. Post vero dicti Amilii obitum alius ex numero infra dicendorum Presbyterorum, ipsi Hospitali, tunc inservien- tium, qui charitatis, humilitatis, prudentiae & vigilantiae laude & exemplo alis praecellat, in Priorem eligatur, illiusque electio ab eisdem Presbyteris coram Cardinale Protectore praefato per secreta suffragia fiat, ac postquam facta fuerit, ab ipso Cardinale Protectore, qui electi qualitates mature perpendere debet, confir- metur. Quod si electum minus aptum, ac idoneum gubernio dicti Hospitalis judicaverit, super quo ipsius conscientiam oneramus, sicuti etiam si suffragia, seu vota numero paria fue- rint, tunc eidem Cardinali Protectori alium magis habilem, & idoneum deputare, illique patentes literas expedire licebit.

Cui subja- ceat Prior Hos- pitalis, qui hac prima vice electus pre- dictus Ami- lius Laminus a solo Pontifi- ce removeri possit. Eo de- cedente alius a Presbyteris Hospitalis eli- gatur, & haec electio a Pro- tectore confir- metur.

§.21. Neque Prior sic electus & confirma- tus seu deputatus, a Prioratus munere, vita sua durante, praeterquam a memorato Cardi- nale Protectore, idque iustis & gravibus de- causis, removeri valeat, nec ad ipsum priora- tum alius assumi possit, quam qui ex dictis Pres- byteris in omnibus rebus, ad curam & regimen Hospitalis praedicti spectantibus apprime versatus, & exercitatus fuerit, atque antea per qua- driennium post peractum inibi novitiatum, seu probationem in eodem Hospitali commoratus fuerit, ac curae & servitio pauperum infirmo- rum illic sedulam operam navaverit.

Prior sit per- petuus nec nisi a Cardinali Protectore ex- gravibus cau- sis deponi pos- sit.



tio, seu quævis alia expressio habenda, aut quæcumque alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, occasiones, & causas etiam quantumvis prægnantes, pias, & privilegiatas, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur iisdem præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis, & exactissime adductis respectively habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum harum serie specialiter, & expresse, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus plenissime, & sufficienter, hac vice dumtaxat derogamus, ac derogatum esse volumus, & mandamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Nemo has literas infringere audeat.

§ 31. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum erectionis, fundationis, institutionis, approbationis, confirmationis, innovationis, roborationis, conditionum, statutorum, concessionum, applicationum, exemptionum, subjectionum, voluntatum, mandatorum, sanationis, suppletionis, decretorum, deputationis, constitutionis, commutationis, & derogationis, aliorumque præmissorum infringere, seu ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris Anno Incarnationis Dominice MDCXXVI. Pridie nonas Octobris, Pontificatus nostri Anno Tertio.

CLL

Declaratur iterum, ac ampliatur Constitutio Innoc. XII. de exemptione Præfulum Regni Neapolis a spoliis Cameræ Apostolicæ debitibus.

Hac de re vide Innoc. XII. Constit. ed. 1694. Jan. 28. P. 3. & hujus Consil. ed. 1724. Jan. 10. P. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Romanum decet Pontificem æqui, bonique supremum assertorem in terris a Domino constitutum, illa, quæ ex circumspccta sua, ac Prædecessorum suorum providentia pie, sapienterque processerunt, cum aliorum, quam justitiæ ratio postulet, detorqueri intelligit, ita declarare, ac extendere, ut sequioris, & ab eorum intentione desistentis interpretationis occasio cuilibet præcidatur.

Ab Innocentio XII. Archiepiscopi, & Episcopi Regni Neapolis a Spoliis Cameræ Apost. debitibus exempti fuerunt.

§.1. Alias siquidem felicis recordationis Innocentius Papa XII. Prædecessor Noster animo recolens, ingentem extare in Regno Neapolis numerum Metropolitanarum, Cathedralium, & aliarum Ecclesiarum, quibus Prælati inferiores, vel Dignitates, quasi Episcopalem jurisdictionem, seu Ordinariorum jura habentes, prærant, congruis pro majori parte carentium redditibus, adeoque illa, quam Dei domus exposceret, majestate, & eleganti structura, necnon decenti suppellectili Sacra, & Ministris Ecclesiasticis sufficientibus, ac idoneis, cæterisque di-

vino cultui necessariis, ob earum inopiam, ut plurimum desitutarum: Simulque considerans multiplices angustias, & graves molestias, quibus earumdem Ecclesiarum Archiepiscopi, & Episcopi, ac alii Prælati inferiores, dum ægritudine præmebantur, & quandoque etiam in extremis laborabant, Subcollectoribus Spoliarum sub prætextu asscurandi Jura ad Cameram Nostram, tunc suam, Apostolicam pertinentiam, identidem vexari, ac perturbari consueverant, per quamdam suam Constitutionem, cujus initium est: Inscrutabili aterna Sapientia: Anno Incarnationis Dominicæ MDCXIII, tertio Kalendas Februarii, Pontificatus sui Anno Tertio editam, ab omni, & quocumque Jure, quod ad Cameram Apostolicam prædictam, ex antiquissima consuetudine, & Constitutionibus Apostolicis eatenus spectasse dignoscatur, percipiendi, exigendi, habendi, & assequendi omnes, singulas, & quascumque pecunias, res, effectus, jura, semoventia, & bona etiam stabilia cujuscumque pretii, valoris, speciei, qualitatis, & quantitatis existerent, per memoratos Archiepiscopos, Episcopos, & Prælatos inferiores dicti Regni, etiam ex Ordinibus Regularibus assumptos, ex redditibus, fructibus, & proventibus præatarum Ecclesiarum quomodocumque vere, & proprie acquisita, Spolia nuncupata, necnon fructus naturales a solo separatos, & civiles, tempore mortis perceptos, seu exactos ex redditibus earumdem Ecclesiarum, etiam inconsumptos, & incommixtos, non tamen pendentes, seu inexactos, ex specialis dono gratiæ perpetuis futuris temporibus Archiepiscopos, Episcopos, & Prælatos inferiores Regni prædicti omnino exempti, & liberavit, ac exemptos, & liberatos esse, & fore censeri voluit, & mandavit, ad effectum tamen, & non alias, aliter, nec alio modo, ut præmissa omnia, & singula ad supradictas Metropolitanas, aliasque Cathedrales, & reliquas, quibus ipsimet Archiepiscopi, & Episcopi, seu Prælati inferiores prædesissent, illisque non indigentibus, ad Parochiales Ecclesias, eorum regimini commissas, spectare, & ad earumdem favorem, beneficium, seu utilitatem cedere, applicari, converti, & erogari, deberent.

An in ipsa exemptione comprehenderentur Præfuli extra Diocesim decedentes, de quo dubitatur est.

§.2. Ac subinde per Nos accepto, quod postquam ejusmodi Constitutio promulgata fuerat, debitaque executioni demandari cœperat, Cameræ præfate Thesaurarius, ac Commissarius generales, necnon spoliarum in memorato Regno Neapolis Collectores, & Subcollectores pro tempore existentes, prætenderent sub eadem Constitutione minime comprehendi, nec comprehensa censeri debere spolia bonorum, & fructuum quorumcumque spectantium ad Archiepiscopos, Episcopos, & Prælatos inferiores ejusmodi, decedentes extra fines Ecclesiarum, & Diocesum, apud quas personalem residentiam facere tenebantur; Nos æquum fore censentes, ut nullum hac in re constitueretur discrimen inter Præfulos extra residentiam, vel in residentia decedentes, cum eorum factum obesse minime deberet Ecclesiis, quarum favor, utilitas, & beneficium in ejusdem Innocentii Prædecessoris Constitutione, principaliter consideratum, ipsique Pontifici, quemadmodum ex toto illius tenore manifeste colligebatur, propositum in primis fuerat, statu-

Et ab hac Pontificæ declaratione gaudere etiam Præfulos extra residentiam decedentes.

tuimus, ac declaravimus, memoratam Innocentii Prædecessoris Constitutionem, expeditaque super præmissis ejus literas suam integram, plenariam, ac omnimodum effectum, atque executionem in posterum fortiri, ac obtinere debere in prædicto Regno Neapolis, etiam in casibus, in quibus Archiepiscopos, Episcopos, & inferiores Prælatos prædictos extra residentiam obire contingeret, & quatenus opus esset, eadem Innocentii Prædecessoris literas ad omnes, & singulos ejusmodi casus extendimus, & ampliamus, & alias, prout tam in præfatis Innocentii Prædecessoris, quam in nostris itidem Incarnationis Dominicæ MDCXXIV, quarto Idus Julii Pontificatus Nostri Anno Primo confectis desuper literis, quarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberrimè continetur.

Causæ præfate declarationis.

§.3. Cum autem, sicut ad Apostolatus nostri Notitiam pervenit, nonnulli enarratas literas Apostolicas minime obfiteri, aut impedire prætendant, quominus Archiepiscopi, Episcopi, & Prælati inferiores dicti Regni bona ex redditibus suarum Ecclesiarum acquisita, seu provenientia, ad aliorum, quam ipsarum Ecclesiarum favorem, reservari sibi, quamdiu in humanis egerint, eorumdem bonorum fructibus, seu usi, aut commoditate, inter vivos donare, five alia de eis disponere valeant. Nos animadvertentes, non aliam præfati Innocentii Prædecessoris, ac Nostram in præmissis mentem, atque consilium fuisse, quam ut gravibus Metropolitanarum, Cathedralium, aliarumque Ecclesiarum prædictarum necessitatibus subveniretur, ipsæque Ecclesiæ, post Præfulum suorum obitum, ex bonis eis e redditibus earumdem Ecclesiarum quæsitis, aliquid levamen recipere, illisque juvari, instaurari, ornari, rebusque ad divinum præsertim cultum necessariis instrui possent; facili vero præberetur aditus, saluberrimas ejusmodi Sanctiones evitendi, ac eludendi, dictasque Ecclesias earum effectu, destinatoque sibi inde subsidio frustrandi, & defraudandi, si per donationem, seu alios contractus, qui fieri dicuntur inter vivos, eisdem Præfulibus de dictis bonis, cum reservatione eorum fructuum, usus, vel commoditatis, donec viverent, disponere liberum esset; quandoquidem ex ejusmodi dispositione ipsi nullum pene incommodum sentirent; Ecclesiæ autem præfate ingens acciperent detrimentum, ac propterea omnem, quæ hac in re nasci posset, controversiam, & ambiguitatem tollere, ipsarumque Ecclesiarum quieti, tranquillitati, ac indemnitati, quantum cum Domino possumus, prospicere volentes; Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, supradictas Innocentii Prædecessoris literas per Nos ampliatas, & extensas, ut præfertur, illa etiam pecunias, res, jura, cæteraque bona præfata tam stabilia per Archiepiscopos, Episcopos, ac Prælatos inferiores dicti Regni, ex redditibus, & proventibus suarum Ecclesiarum acquisita, de quibus ab eisdem Archiepiscopis, Episcopis, & Prælati per donationem, seu alios contractus inter vivos, cum reservationibus illorum fructuum, usus, vel cujusvis alterius commoditatis ad sui vitam, aliter, quam in prædictarum Ecclesiarum bene-

Declaratio, & ampliatio præf. motu proprio facta quo scilicet d. Constitutio comprehendat etiam bona, de quibus Præfuli per donationem, aut alium contractum inter vivos cum reservatione usus ad sui vitam disposuerint.

ficiam, & utilitatem quomodolibet dispositum fuerit, seu disponi quomodocumque contigerit, comprehendere, ac in illis locum obtinere, & ad illa extendi, tenore præsentium declaramus; nec per ejusmodi donationes, contractus, & dispositiones ullam Metropolitanis, Cathedralibus, & aliis Ecclesiis prædictis, earumque Juribus præjudicium inferri, ac generari debere, aut posse perpetuo statuimus.

Clausula.

§.4. Decernentes easdem præfatas literas, & in eis contenta, etiam ex eo, quod quilibet, etiam speciali, & individua mentione digni, in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, neque cause, propter quas ipse præfates emanarunt, sufficienter, aut ullatenus adductæ, verificatæ, & justificatæ fuerint, seu ex alia quacumque, quantumvis pia, juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, vel capite, etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostre, vel interesse habentium consensu, aliove quolibet, quantumvis magno, formali, substantiali, ac inexcogitabili defectu notari, infringi, impugnari, retractari, in controversiam revocari, aut ad terminos Juris reduci, seu adversus illa a peritionis oris, restitutionis in integrum, vel aliud quodcumque juris, facti, seu gratiæ remedium impetrari, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio quempiam in Judicio, vel extra illud uti posse; Sed ipsas præfatas literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque que plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere.

Derogatorie.

§.5. Sicque in præmissis censeri, atque ita, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, & alios quoslibet, quavis auctoritate, & potestate fungentes, & quomodocumque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & desiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Fides habenda transmissis.

§.6. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de Jure quæsito non tollendo, necnon omnibus, & singulis, quæ tam Innocentii Prædecessoris, quam Nos in literis præfatis concessimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.7. Volumus autem, ut earumdem præsentium transmissis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo persone in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in Judicio, & extra illud, que eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XII. Octobris millesimo septingentesimo vigesimo sexto, Pontificatus Nostri Anno Tertio.



Dat. 5. Dec. 1726. Ann. 3.

Statuuntur nonnulla pro Monachis provisio de Prioratibus Congregationis Sanctorum Vitoni, & Hidulphi Ordinis Sancti Benedicti.

Alia hujus Const. ed. 1726. Aug. 19. P. 3. Statutus fuit modus electionis in posterum Abbatis Monasterii de Monte Serfato Ord. S. Benedicti Congregationis Vallislemnae, & Const. ed. 1729 Mart. 21. P. 5. confirmatur summarium Indulgentiarum quae a dicti Monasterii Abb. Rosariis per applicatur.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Facti expos- tio.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Abbates, ac Superiores Congregationis Sanctorum Vitoni, & Hidulphi Ordinis Sancti Benedicti, quod dicta Congregatio, quae a felic. record. Paulo Papa V. Praedecessore Nostro approbata, & confirmata memoratur quinquaginta circiter Monasteriis in Lotharingia, & Barri Ducatus, Campaniae, ac Burgundiae Provinciae, & Comitatu sitis consistet, ab eisdem vero Monasteriis nonnulli cura, Conventuque carentes, nec personalem residentiam requirentes simplices Prioratus dependent, quorum collatio, seu dispositio in mensibus Sedi Apostolicae reservatis, ad Nos, ac Romanum Pontificem pro tempore existentem, cessantibus reservationibus, & affectionibus Apostolicis ad Abbates tunc pariter existentes Monasteriorum, a quibus dicti Prioratus respectu dependent, spectare, & pertinere dignoscitur. Cum autem, sicut eadem Expositio subiungebat, Monachi praedictae Congregationis Apostolica, vel ordinaria auctoritate de ejusmodi Prioratibus provisi, a Monasteriis eis a Capitulo generali, vel Superioribus dictae Congregationis destinatis, & assignatis, absque eorumdem Superiorum licentia recedere, ac in praefatis Prioratibus, in quibus nulla viget Regularis observantia, soli, vel cum famulo residere, aut commorari, non sine evidenti animarum suarum discrimine, & Monastica disciplina detrimento, quoadque praetendant, occasionem vagandi, seque ab obedientia, quam suis Superioribus debent, subtrahendi inde captantes, ac insuper documenta, cura, vel scripturas originales ad ipsos Prioratus pertinentes penes se retinere, seu etiam occultare in grave Prioratum, ac Monasteriorum praefatorum damnum, & irreparabile praedictum praesumant, necnon de fructibus eorumdem Prioratum ad sui libitum interdum disponant. Nobis propterea Exponentes praedicti humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis oppor. un. providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Preces Superiorum dictae Congregationis.

§.2. Nos igitur eorumdem Exponentium votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter anuere volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & poenis a Jure,

vel ab homine quavis occasione, vel causa la- tis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, quod de cetero nullus ex dictis Monachis de Prioratibus praefatis, etiam Apostolica auctoritate provisio, seu in posterum providendis, in eisdem Prioratibus, seu apud eos, eorumve Ecclesias, sine Superiorum suorum Regularium licentia residere, seu commorari, atque aliter de fructibus ejusmodi Prioratum, quam ad formam, & praescriptum Constitutionis recol. mem. Urbani Papae VIII. Praedecessoris itidem Nostri, quae incipit: In Supereminenti pro Monachis Congregationis Sancti Mauri in Gallia ejusdem Ordinis Sancti Benedicti anno 1627. edita disponere possit, & valeat, quodque praeterea omnes, & singuli Monachi de dictis Prioratibus provisio, & providendi documenta, & scripturas originales, ipsos Prioratus, illorumve jura, bona, & res quomodolibet spectantes, vel saltem earum exempla authentica in Archivio Monasteriorum, a quibus dicti Prioratus dependent, reponere omnino debeant, ac teneantur sub excommunicationis, ac privationis vocis activae, & passivae per contrafacientes & contumaces, in praemissis eo ipso incurrendis poenis, eadem auctoritate harum serie statuimus, decernimus, & ordinamus.

Setuta praedicta pro Monachis de Prioratibus praefatis provisio.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, Congregationis, Monasteriorum, & Prioratum praedictorum etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore per anulum, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Clausulae De rogatoria.

§.4. Volumus autem, ut praesentium Literarum transmissis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, & gentium tam in iudicio, quam extra illud habeatur. quae hab. retur ipsis praesentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Fides habenda transmissis.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die quinta Decembris MDCCXXVI. Pontificatus Nostri Anno tertio.

CLIII.

Promulgatur Canonizatio Beati Thuribii Archiepiscopi Limani, Sanctorum Festis adscripti.

Dat. 10. Dec. 1726. Ann. 3.

Vide Const. ed. 1723. Jun. 4. P. 1., & Constitut. sequentem.

BE-

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium ex eo quod orationes Sanctorum plurimum valeant apud Deum.

Quoniam Spiritus Sancti oraculo per Beatum Joannem Apostolum dictum est, quod orationes in phialis aureis visa coram Agno extincto, esse orationes Sanctorum, quae ad expiandas nostrorum criminum sordes ante conspectum Altissimi odorem suavitatis emittunt; ideo nos, quibus, licet immeritis, idem Spiritus Sanctus regenda totius Ecclesiae curam injunxit, aeternae Christianissimum salutem plurimum credimus expedire, si eorum memoriam solemnibus praeconiis ubique celebrari decernimus, quorum assiduis deprecationibus, & patrocinio gregem Catholicum, nostrae fidei commissum, in Caelo adjuvari speramus.

B. Thuribii orat., vice institutio, & Archiepiscopus patus sancti ius.

§.1. Itaque summa Beati Thuribii merita, & signa, jam dudum apud hanc Sanctam Apostolicam Sedem per Venerabiles Fratres nostros Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales sub pie memoriae antecessoribus nostris Romanis Pontificibus in longum examen adducta, nos, in B. Petri Apostolorum Principis Cathedra, disponente Domino, vix constitutos, magnopere excitaverunt, ut de insigni viro publicis Sanctorum honoribus honestando cogitarem, quem Majorca, Opido Hispaniae Tarraconensis in Episcopatu Legionensi decimo sexto Kalendas Decembris anno Christi Domini millesimo quingentesimo tricesimo octavo ex praenobili Mogroveja gente ortum, per vias Domini perpetuo ambulantiem, inque omnium virtutum studio laudabiliter proficentem, Hispania primum, & postmodum ora Americana, quas Indias Occidentales vocamus, conspiceret meruerunt. Is enim liberalibus disciplinis, & vere Christianis institutionibus educatus, doctrinisque Evangelicis Salmanticae optime instructus in Collegio Ovetensi, ubi ejus brachium magna veneratione adfervatur, ex Sacro munere Apostolici Quaestoris Fidei in Regno Granatensi, quod magna innocentia, & pietate subibat, ad Archiepiscopalem Cathedram Ecclesiae Limanae inficius atque onus refugiens, Americanos populos Pastoralis officio rectoris, divino consilio vocatus est, quo se vir Dei supremo nutu trahi sentiens, per ingentes difficultates, & vitae pericula invicto animo properavit. Limanam gentem moribus foede corruptam, variisque superstitionibus turpiter inquinatam, ad Christianam pietatem alacriter excolendam summo studio traducere contendit, rebusque Ecclesiae Limanae dispositis, dioecesi, & Sacram Provinciam nudis pedibus totam lastravit, unde factum, ut incredibilis Thuribii charitas, vitia, & mutua odia, quae passim dominabantur, ex animis suae plebis prorsus eveleret. Tum vir Dei probe gnarus, nihil aptius ad disciplinam, & Evangelii semina, quae bonum fructum redderent, in agro Dominico seminandi, quam sacra Synodorum statuta reperiri, mox ad Presbyterorum, & Confratrum Episcoporum Dioecesanam, & Provinciam Concilia identidem celebranda omnem suam sollicitudinem vertit, quae hujus etiam Sedis Apo-

stolicae munimine roborata, multa, & probatissima habuit. Tum Sacris viris, & Virginibus, pauperibus, & infirmis praesenti ope consuluit, sibi ipsi perneccellaria in eorum usum impendens, unde Christianitas illarum partium, Deo favente, mirifice aucta est, ita ut ad nongentos, & eo amplius mille fideles salutari fonte renatos ipse unus per manus impositionem christianis Sacramento confirmaverit. His ancilla Dei Rosa ex nostro Ordine Praedicatorum, adnumeratur, quam postea signis aequae, ac virtutibus claram, felicis recordat. Antecessor noster Clemens Papa X. in Sanctarum Virginum canonem retulit.

Dioecesi perclustrans die obiit, & Beatis postea adscribitur ab Innoc. XI.

§.2. Interea Limanus Pontifex ad sui gregis salutem impigre incumbens, dioecesi de more perlustrans, in Opido Sanna lethali morbo corripitur, quo ingravescente, Sanctissimae Eucharistiae, & extremae Unctionis Sacramentis probe monitus, fide, & spe in Deum summe latus, hilari vultu proximae resolutionis suae nuncium accepit, atque ingeminatis Davidicis verbis, Letatus sum in his, quae dicta sunt mihi, spiritum Deo commendans, sanctissimam efflavit animam decimo Kalendas Aprilis anno Christi Domini millesimo sexcentesimo sexto, aetatis duodeseptuagesimo, Archiepiscopatus vicelesimo quinto. Thuribii anima in Coelum recepta mirabilis Deus signis quamplurimis sanctitatem patefecit, Lima praesertim, quo Sacrae ejus exuviae, prodigiis eas comitantibus adfecta fuerunt. Quare eximius Servi Dei virtutibus per plura miracula comprobatis, pia memoriae Antecessor noster Innocentius Papa XI. nono Kalendas Julias anno Christi Domini millesimo sexcentesimo septuagesimo nono Thuribium Beatis adscripsit, in ejus honorem Sacris precibus, & Missae Sacrificio celebrari permittis; annoque insequenti in tabulas Martyrologii Romani cum Beatis relatus est.

Promulgatur ejus Canonizatio ab hoc Pontif. peracta.

§.3. Postmodum per nos ipsos novis miraculis post ejus Beatificationem patris, aequo disculis, in quae tribus confessoris, & plenari conventu Venerabilium Fratrum nostrorum, S.R.E. Cardinalium, atque etiam Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum nobiscum Romae praesentium rite perpenis, unanimi eorumdem sententia per Sedis Apostolicae Notario, coram Nobis excepta, Regumque, ac Principum Christianorum, ac Cleri, Populique Limani precibus pro B. Thuribio in Sanctorum Confessorum Pontificum Canonem referendo Apostolicae Sedi porrectis, post tanta rei perficienda solemnem diem indictam, perque orationes, jejunia, & eleemosynas Omnipotentis Dei opem ferventissime imploratam, demum universis, quae ex Antecessorum nostrorum Romanorum Pontificum Constitutionibus, & Sanctae Romanae Ecclesiae disciplina peragenda erant, omni Religione peractis, hac die in honorem Antecessoris nostri Pontificis, & Martyris Melchiadis Deo Sacra, qua etiam incarnati Verbi mysterium in annua translatione Almae Domus Lauterane memoria recolitur, una cum iisdem Venerabilibus Fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac utriusque Cleri, & Populi frequentia, in Sacrosanctam Basilicam Principis Apostolorum Deo